



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

Vtrum ordo in ecclesia esse debeat? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

de distinctione ordinum. Tertio, de conferentibus ordinem. Quarto, de impedimentis ordinandorum. Quinto, de his quæ sunt ordinibus annexa. De ipso autem ordine in communi, tria videnda sunt. Primo, de eius entitate & quidditate, & partibus eius. Secundo, de eius effectu. Tertio, de suscipientibus ipsum.

- ¶ Circa primum quærentur quinque.
- ¶ Primo, utrum ordo in Ecclesia esse debeat?
- ¶ Secundo, utrum conuenienter definiatur?
- ¶ Tertio, utrum sit sacramentum?
- ¶ Quarto, utrum eius forma conuenienter exprimitur?
- ¶ Quinto, utrum hoc sacramentum habeat materiam?

ARTIC. I.

*Utrum ordo in Ecclesia esse debeat?*

135

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod ordo in Ecclesia esse non debeat. Ordo enim requirit subiectionem & prælationem. Sed subiectio videtur repugnare libertati, in quam vocati sumus per Christum. Ergo ordo in Ecclesia esse non debet.

Tho. 4. d. 24. q. 1. ar. 1. q. 1. & seq.

¶ 1. Præterea, ille qui in ordine constituitur, alio superior fit. Sed in Ecclesia quilibet debet se altero inferiorem reputare: Phil. 2. Superiores inuicem arbitantes. Ergo non debet in ecclesia esse ordo.

Conc. Trid. sess. 23. c. 1. 2. & seq.

¶ 2. Præterea, Ordo inuenitur in Angelis propter distinctionem eorum in bonis naturalibus, & gratiis. Sed omnes homines sunt in natura vnum: gratiarum etiam dona quis eminentius habeat, ignotum est. Ergo ordo in Ecclesia esse non debet.

SED contra, ad Roman. 13. dicitur, Quæ sunt à Deo, ordinata sunt. Sed Ecclesia à Deo est, quia ipse eam edificauit sanguine suo. Ergo ordo in Ecclesia esse debet.

¶ Præterea, Status Ecclesiæ est medius inter statum naturæ & gloriæ. Sed in natura inuenitur ordo, quo quidam alijs superiora sunt; & similiter in gloria.

ria, vt patet in Angelis . Ergo in Ecclesia debet esse ordo .

*Al. perducere .*  
RESPONDEO dicendum, quòd Deus sua opera in sui similitudinem \* producere voluit quantum possibile fuit, vt perfecta essent, & per ea cognosci posset . Et ideò vt in suis operibus repræsentaretur, non solum secundum quòd in se est, sed etiam secundum quòd alijs influit: hanc legem naturalem imposuit omnibus, vt vltima per media reducerentur & perficerentur, & media per prima, vt Dionys. \* dicit . Et ideò vt ista pulchritudo, Ecclesia non deesset, posuit ordinem in ea, vt quidam alijs sacramenta traderent, suo modo Deo in hoc assimilari: qui Deo cooperantes, sicut & in corpore naturali quædam membra alijs influunt .

*en 5. eccl. hier. ar. in tit. de sacerdotum perfectio nibus, in princ.*

Ad primum ergo dicendum, quòd subiectio seruitutis repugnat libertati: quæ seruitus est, cum aliquis dominatur alijs, ad sui vtilitatē subiectis vtens . Tali autem subiectio non requiritur in ordine, per quem qui præ sunt, salutem subditorum querere debent, non propriam vtilitatem .

Ad secundum dicendum, quòd quilibet se debet reputare inferiorem merito, sed non officio: ordines autem officia quædam sunt .

Ad tertium dicendum, quòd ordo in Angelis non attenditur secundum distinctionem naturæ: nisi per accidens, in quantum ad distinctionem naturæ sequitur in eis distinctio gratiæ . Attenditur autem in eis per se secundum distinctionem in gratia; quia eorum ordines respiciunt participationem diuinorum, & communicationem in statu gloriæ, quæ est secundum mensuram gratiæ, quasi gratiæ finis, & effectus quoddammodo. Sed ordines Ecclesiæ militantis respiciunt participationem sacramentorum & communicationem, quæ sunt causa gratiæ, & quoddammodo gratiam præcedunt . Et sic non est de necessitate nostrorum ordinum gratia gratum faciens, sed solum potestas dispensandi sacramenta: & propter hoc etiam ordo non

non attenditur per distinctionem gratia gratum faciens, sed per distinctionem potestatis.

ARTIC. II.

Utrum conuenienter ordo definiatur?

136

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter ordo a Magistro Sent. dist. 24. \* definiatur, ubi dicitur: Ordo est signaculum quoddam Ecclesie, quo spiritualis potestas traditur ordinato. Pars enim non debet poni genus totius. Sed character, per quem signaculum oponitur in consequenti \* definitione est pars ordinis, quia diuiditur contra id quod est res tantum, vel sacramentum tantum, cum sit res & sacramentum. Ergo signaculum non debet poni quasi genus ordinis.

lib. 4. d. 24. S. K.

loco iam citato.

¶ 2 Præterea, Sicut in sacramento ordinis imprimitur character, ita in sacramento baptismi. Sed in \* definitione baptismi non ponebatur character. Ergo nec in definitione ordinis poni debet.

posita in 4. sent. d. 3. S. A. in princ.

¶ 3 Præterea, in baptismo etiam quadam spiritualis datur potestas accedendi ad sacramenta: & iterum est quoddam signaculum, cum sit sacramentum. Ergo hæc definitio conuenit baptismo: & sic inconuenienter assignatur de ordine.

¶ 4 Præterea, Ordo relatio quadam est, quæ in utroque extremorum saluatur: extrema autem relationis ordinis sunt superior & inferior. Ergo inferiores habent ordinem sicut & superiores. Sed in eis non est aliqua potestas præminentia, qualis hic ponitur in definitione ordinis, ut patet per expositionem sequentem, ubi ponitur \* promotio potestatis. Ergo inconuenienter definitur hic ordo.

loco in argum. s. ci. citato.

RESPONSEO dicendum, quod definitio quam Magister \* de ordine ponit, conuenit ordini secundum quod est Ecclesie sacramentum: & ideo duo ponit, scilicet signum exterius, ibi (signaculum quoddam, id est signum quoddam) & effectum interiolem ibi (quo spiritualis potestas, &c.)

4. sent. d. 24. S. K.

Ad primum ergo dicendum, quod signaculum non s 4 poni-

ber esse  
opera  
uantum  
cognosci  
atatur  
m secun  
em impo  
rentur &  
nyl. \* d  
non de  
sacramen  
ari: quia  
urali que  
o ser  
m alio  
ns. Tali  
er quæ  
e debet  
et se debet  
or: ordinet  
angelis non  
e: nisi pot  
uræ sequi  
tem in es  
uia eorum  
orum, &  
secundum  
e dicitur quo  
respiciunt  
nicatione  
ntiam præ  
rorum et  
ocestas dis  
iam ordo  
non